

INCIPIUNT¹ DECRETA ANTERI² PAPAE

[H. 1] Carissimis atque dilectissimis fratribus per Beticae³ atque Toletanae⁴ provincias episcopis constitutis Anterus⁵ episcopus⁶ in domino salutem.

Optarem, fratres carissimi, semper dilectionis et pacis⁷ vestrae⁸ sinceritatis gaudia audire ita⁹,
 5 ut vicissim discurrentibus litteris sospitatis indicia¹⁰ iuvarentur¹¹, si quietos nos ab incursione sua vacare hostis antiquus¹² sineret, qui ab initio mendax, inimicus veritatis, aemulus¹³ hominis, quem ut deciperet, se ante decepit, pudicitiae adversarius, luxuriae magister, crudelitibus¹⁴ pascitur, abstinentia punitur, odit¹⁵ ieiunia, ministris¹⁶ suis praedicantibus, dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, apostoli sententia repercussi¹⁷ dicentis:
 10 Manducemus et bibamus, cras enim moriemur¹⁸. O infelix audacia, o desperata¹⁹ mentis astutia. Ipse enim hortatur odia et fugat concordiam et, quia facile ad deteriore partem mens humana transducitur volens magis per spatiosam viam ambulare quam artae viae iter cum labore²⁰ transire. Qua de re, fratres dilectissimi, sectamini meliora et semper relinquite deteriora. Bona²¹ agite, mala vitate, ut veri²² discipuli domini esse²³ invenianimi.

Quellen:

4-13: *Optarem - transire*, init. Siric. ep. ad divers, episc. (H. no. 4).

Rezeption.

4-14: *Optarem – inveniamini*: Coll. Ans. ded. X,129.

¹ INCIPIUNT *korr. aus* INCIPIT O93; INCIPIT I83; VD38; *fehlt* V630

² ANTOERII V630; ANTERII VD38

³ beticam I83

⁴ toletan I83

⁵ Anterius V630; antherius VD38

⁶ episcopus in *korr. aus* episcopus N442

⁷ patris VD38

⁸ vestrae] vestre ac VD38

⁹ ita ut] id aut V630

¹⁰ indicia *korr. aus* idicia VD38

¹¹ iuvarent *korr. aus* viderent VD38

¹² antiquus *korr. aus* antiquis V630

¹³ *am Rande* invidus VD38

¹⁴ crudelitate I83; VD38

¹⁵ odit ieiunia] odatia uni a N442; quod uni a I83; odit ieiunia *korr. aus* odium a VD38

¹⁶ minis V630; ministris *korr. aus* mistris VD38

¹⁷ repercussus V630

¹⁸ moriamur N442; moriemur *korr. aus* moriamur V630

¹⁹ desperata VD38

²⁰ laborare V630

²¹ *am Rande* De mutatione episcoporum VD38

²² vere *korr. aus* vivere V630

²³ esse *fehlt* I83

15 [H. 2] De²⁴ mutatione ergo episcoporum, unde sanctam sedem apostolicam consulere voluistis,
 scitote²⁵ eam communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non libito²⁶ cuiusquam aut
 dominatione. Petrus, sanctus magister noster²⁷ et princeps apostolorum, de Antiochia
 utilitatis causa²⁸ translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque
 de quadam parva civitate apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter Felix
 20 de civitate²⁹, qua ordinatus erat, electione civium propter doctrinam et bonam vitam, quam
 habebat, communi episcoporum et reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus
 est Ephesum. Non enim transit de civitate ad civitatem, qui³⁰ non³¹ suo libitu³² aut
 ambitu³³ hoc facit, sed utilitate³⁴ quadam aut necessitate, aliorum hortatu et consilio
 potiorum³⁵ transfertur. Nec transfertur de minori civitate³⁶ ad maiorem, qui hoc non ambitu
 25 nec³⁷ propria voluntate facit, sed aut vi³⁸ 39 a propria sede pulsus aut necessitate coactus aut
 utilitate loci aut populi, non superbe, sed humiliter ab aliis translatus et inthronizatus⁴⁰ 41

Quellen:

17f.: *Petrus - posset* sec. praef. Nicen. conc. in cod. Quesnell. (Leon. M. op. ed. Ballerin. 3, 24). Cf. Pelag. II. pp. ep.2.
 18-24: *Eusebius - transfertur*, Cass. hist. trip. XII. 8. Cf. Pelag. 1. c.

Rezeption.

15-35: *De - habent*: Coll. Ans. ded. II,97; Ps.-Remedius c. 51; Burchard I,77 (19: *mutatus*] *translatus*); Ivo, Decr. V,183 (19: *mutatus*] *translatus*).

15-55: *mutatione - voluntatis*: Sentenzen c. 188 (15: *mutatione*] *Mutationem*; 15: *ergo* fehlt; 15: *unde - voluistis* fehlt; 16: *eam* fehlt; 22-24: *qui - transfertur* fehlt; 27-32: *quia - civitatem* fehlt; 35: *habent*] *habent non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate et licentia*; 35-54: *Haec - peccantibus* fehlt; 54: *est quoque causa*] *etenim causa est*); Anselm v. Lucca VI,90 (15: *mutatione*] *Mutationem*; 15: *ergo* fehlt; 15: *unde - voluistis* fehlt; 16: *eam* fehlt; 22-24: *qui - transfertur* fehlt; 27-32: *quia - civitatem* fehlt; 35: *habent*] *habent non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate et licentia*; 35-54: *Haec - peccantibus* fehlt; 54: *est quoque causa*] *etenim causa est*); Ivo, Pan. III,69 (15: *mutatione*] *Mutationes*; 15: *ergo* fehlt; 15: *unde - voluistis* fehlt; 16: *eam* fehlt; 22-24: *qui - transfertur* fehlt; 27-32: *quia - civitatem* fehlt; 35: *habent*] *habent non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate et licentia*; 35-54: *Haec - peccantibus* fehlt; 54: *est quoque causa*] *etenim causa est*); Polycarpus I,10,3 (15: *mutatione*] *Mutationem*; 15: *ergo* fehlt; 15: *unde - voluistis* fehlt; 16: *eam* fehlt; 22-24: *qui - transfertur* fehlt; 27-32: *quia - civitatem* fehlt; 35: *habent*] *habent non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate et licentia*; 35-54: *Haec - peccantibus* fehlt; 54: *est quoque causa*] *etenim causa est*); Gratian C. VII, q. 1, c. 34 (15: *mutatione*] *Mutationes*; 15: *ergo* fehlt; 15: *unde - voluistis* fehlt; 16: *eam* fehlt; 22-24: *qui - transfertur* fehlt; 26: *et inthronizatus* fehlt; 27-32: *quia - civitatem* fehlt; 35: *habent*] *habent non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate et licentia*; 35-54: *Haec - peccantibus* fehlt; 54: *est quoque causa*] *etenim causa est*) (*mutatione*] *Mutationes*; 22-24: *qui - transfertur* fehlt; 26: *et inthronizatus* fehlt;

²⁴ *am Rande* De mutatione episcoporum V630; N442; De mutatione episcoporum de civitate ad civitatem I83

²⁵ *scitote* *korr. aus* *scitote* et I83

²⁶ *libitu* N442; I83; VD38

²⁷ *noster* *fehlt* V630; I83

²⁸ *causam* I83

²⁹ *civitate*] *civitate* in VD38

³⁰ *qu* I83

³¹ *non* *fehlt* I83

³² *am Rande* *placito* *voluntate* VD38

³³ *am Rande* *cupiditate* VD38

³⁴ *hutilitatem* I83

³⁵ *am Rande* *Maiorum* VD38

³⁶ *aviditate* *korr. aus* *avitate* V630

³⁷ *non* I83

³⁸ *am Rande* *violentia* VD38

³⁹ *vi* *a* *korr. aus* *vi* N442

⁴⁰ *am Rande* *in trono positus* V630; *in sede collocatus* *quia* *thronus* *sedes* *dicitur* VD38

⁴¹ *intronizatus* *korr. aus* *intranizatus* V630

est, quia homo videt in facie⁴², deus autem in corde. Et dominus per prophetam loquitur
 dicens: Dominus scit cogitationes hominum, quae⁴³ vanae sunt. Non ergo mutat sedem, qui
 non mutat mentem, nec mutat civitatem, qui⁴⁴ non sua sponte, sed consilio⁴⁵ et electione
 30 aliorum⁴⁶ mutatur. Non igitur migrat de civitate ad civitatem, qui⁴⁷ avaritiae causa non
 sponte dimittit suam, sed, ut iam dictum est, aut pulsus a sua aut necessitate coactus aut
 electione et exhortatione⁴⁸ sacerdotum et populorum translatus est ad alteram civitatem.
 Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos et reliquos sacerdotes,
 sic⁴⁹, quotiens utilitas aut necessitas exposcerit⁵⁰, supradicto modo et mutare et inthronizare
 35 potestatem habent. [H. 3] Haec, ut petistis, licet vobis ignota non sint, tenenda mandamus,
 ne ignorantia⁵¹ quorundam meliora et utiliora videntur et inutiliora⁵² sinantur⁵³, sicut in sancto
 legitur evangelio: Vae vobis, hypocritae⁵⁴, quia decimatis mentam⁵⁵ et anetum et ciminum, et
 reliquistis⁵⁶, quae graviora sunt legis, iudicium et misericordiam et fidem. Haec oportuit
 et facere et illa non omittere⁵⁷. Duces caeci, excutientes⁵⁸ culicem, camelum autem
 40 glutientes. Quod licet, non licet, et, quod non licet, licet. Quemadmodum Iamnes⁵⁹
 Mambres⁶⁰ resisterunt⁶¹ veritati, sic et illi mente reprobi, amantes voluptatem magis

Quellen:

- 27: *quia - corde*, I Reg. XVI. 7.
 28: *Dominus - sunt*, Ps. XCIII. 11.
 28-30: *Non - mutatur*. Cf. Pelag. II. pp. ep.2.
 33-35: *Nam - habent*. Cf. Pelag. II. pp. ep.2.
 38-40: *Vae - glutientes*, Matth. XXIII. 23. 24.
 40-42: *Quod - deum*, Ennod. lib. apol. (p. 354).

Rezeption.

- 27-32: *quia - civitatem* fehlt; 35: *habent*] *habent non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate et licentia*;
 35-54: *Haec - peccantibus* fehlt; 54: *est quoque causa*] *etenim causa est*).
 35-47: *Haec - negant*: Coll. Ans. ded. X,130.

-
- ⁴² faciem I83
⁴³ quoniam V630; I83; quia N442
⁴⁴ quia I83
⁴⁵ concilio I83
⁴⁶ aliarum V630
⁴⁷ qui *korr. aus* quia N442
⁴⁸ exaltatione VD38
⁴⁹ sic *korr. aus* si N442; si I83
⁵⁰ exposcerit *korr. aus* exposcerit O93
⁵¹ ignorantiam I83
⁵² utiliora I83
⁵³ solvantur I83
⁵⁴ hypocrite *korr. aus* hoc rite VD38
⁵⁵ mentam *korr. aus* mentem V630
⁵⁶ reliquisti VD38
⁵⁷ omittere *korr. aus* mittere N442
⁵⁸ escolantes O93; excolantes *korr. aus* excolentes V630; excolentes I83; excolantes VD38
⁵⁹ iammes *korr. aus* iammis V630
⁶⁰ mambres *korr. aus* mambris V630
⁶¹ restiterunt *korr. aus* resisterunt V630; restiterunt VD38

quam deum. Quod licet, docent non licere, id est⁶² episcopos migrare de civitate ad civitatem praetaxato⁶³ modo. Et quod non licet⁶⁴, docent licere, id est misericordiam agere⁶⁵ circa patientes necessitatem, hoc tam⁶⁶ eis, qui episcopum non habent et sacro episcopali
 45 indigent ministerio, episcopum de alia civitate causa utilitatis vel necessitatis tribui et episcopis persecutionem aut necessitatem patientibus aliam cathedram dari negant. [H. 4] Contradicunt⁶⁷ etiam sacrae scripturae⁶⁸, quae testatur⁶⁹ mavelle⁷⁰ deum misericordiam quam sacrificium. Utrisque autem, id est, et famem verbi dei patientibus et episcopis
 50 necessitatem, quando inthronizantur propter communem utilitatem in aliis civitatibus non modica exhibetur misericordia. Negantes autem haec, licet speciem habeant pietatis, virtutem tamen eius abnegant. Nam in tali negotio prosapiem⁷¹ non agnosco. Si quis tamen sapientium, quos insipientibus tempestatis⁷² huius⁷³ procella⁷⁴ sociavit aliis auctoribus⁷⁵, facinorum participatione maculantur⁷⁶, splendor sapientis et, si communionem
 55 utilitatis et necessitatis et alia avaritiae et praesumptionis atque propriae voluntatis. Avaritiae vero⁷⁷ causa⁷⁸ vel praesumptionis aut propriae⁷⁹ voluntatis non sunt episcopi mutandi de civitate ad civitatem, sed utilitatis et necessitatis. Quod nemo negat nisi hi, de quibus

Quellen:

- 47f.: *Contradicunt - sacrificium*, Os. VI. 6.
 50f.: *Negantes - abnegant*, II Timoth. III. 5.
 51-54: *Nam - peccantibus*, Ennod. lib. apol. (p. 357).
 55-57: *Avaritiae - necessitatis* sec. Cass. hist. trip. XII. 8.

Rezeption.

47-60: *Contradicunt – factorum*: Coll. Ans. ded. II,98.

⁶² est *korr. aus* ist V630

⁶³ *am Rande* praescripto ordine VD38

⁶⁴ licent I83

⁶⁵ docere V630

⁶⁶ tamen VD38

⁶⁷ *am Rande* Quod non sit negandum episcopo aliam regiminis cathedram dare si persecutionem aut necessitatem in sua passus fuerit I83

⁶⁸ scripturae quae *korr. aus* scripturae N442

⁶⁹ testantur *korr. aus* testatur V630; testantur I83

⁷⁰ mavelle] mavelle quae est aturna velle V630; mavelle] super omnia velle I83; malle VD38

⁷¹ prosapiam I83

⁷² *am Rande* adversitatis VD38

⁷³ huius *korr. aus* huii N442

⁷⁴ *am Rande* persecutio VD38

⁷⁵ auctoritatibus V630

⁷⁶ maculatur VD38

⁷⁷ quoque V630

⁷⁸ causae O93; I83

⁷⁹ propriae *korr. aus* priae N442

scriptum⁸⁰ est: Erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt iudicium. Nam si enarrando cogerer⁸¹ aperire transacta⁸², ostenderem⁸³ vobis nullum evenire solacium de
60 comparatione factorum.

Ceterum state, carissimi, super vias aspicientes et interrogantes de semitis domini antiquis et videte, quae est via⁸⁴ bona et recta, et ambulate in ea⁸⁵, et invenietis requiem animabus vestris, et ut⁸⁶ iuxta sapientiae vocem dicamus: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate et⁸⁷ in simplicitate cordis quaerite illum, quoniam invenitur⁸⁸
65 ab his, qui non temptant illum⁸⁹, apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Perversae enim cogitationes separant a deo. Probata autem virtus corripit insipientes, quoniam⁹⁰ in malivolam animam non introibit⁹¹ sapientia⁹² nec habitabit⁹³ in corpore subdito peccatis. Sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum⁹⁴ et auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiae
70 et non liberabit maledictum a labiis suis, quoniam renum illius testis est deus et cordis eius scrutator est verus, et linguae illius auditor, quoniam spiritus domini replevit⁹⁵ orbem terrarum et hoc, quod continet omnia, scientiam⁹⁶ habet vocis⁹⁷. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec praeteriet illum, corripiet⁹⁸ iudicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit, sermonum autem illius auditio⁹⁹ ad dominum veniet et ad correptionem

Quellen:

58: *Erraverunt - iudicium*, Ies. XXVIII. 7.

58-60: *Nam - factorum*, Ennod. lib. apol. (p. 349).

61-63: *Ceterum - vestris*, Martin. I. ep. encycl. (Mansi 10.1182). Cf. Sixt. I. pp. 3, Lib. 2.

63-85: *Diligite - illius*, Sap. I. 1-16.

⁸⁰ dictum V630

⁸¹ coegerer I83

⁸² am Rande peracta VD38

⁸³ ostendere N442

⁸⁴ via bona et recta] bona et recta via I83

⁸⁵ eam O93

⁸⁶ ut fehlt V630

⁸⁷ et in korr. aus et N442

⁸⁸ invenietur V630; I83; VD38

⁸⁹ illum fehlt V630

⁹⁰ Quoniam in korr. aus Quoniam VD38

⁹¹ intrabit V630

⁹² sapientia korr. aus sapientiam V630

⁹³ inhabitabit I83

⁹⁴ am Rande Mentis duplicitatem VD38

⁹⁵ replebit VD38

⁹⁶ scientia O93

⁹⁷ vocis korr. aus vobis V630

⁹⁸ corripit V630; VD38

⁹⁹ auditio korr. aus aditio N442

75 iniquitatum¹⁰⁰ ¹⁰¹ illius, quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus¹⁰² murmurationum non abscondetur.

Custodite ergo vos a murmuratione, quae nihil prodest, et a detractioe parcite¹⁰³ linguae, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Os, quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare¹⁰⁴ mortem in errore vitae vestrae, neque acquiratis perditionem in operibus manuum
80 vestrarum, quoniam deus mortem non fecit nec laetatur in perditione vivorum. Creavit enim¹⁰⁵, ut essent omnia, et sanabiles¹⁰⁶ esse voluit¹⁰⁷ nationes orbis terrarum. Non est in¹⁰⁸ illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra viventium. Iustitia perpetua est et immortalis, iniustitia¹⁰⁹ autem mortis est acquisitio. Impii autem manibus et verbis accersierunt¹¹⁰ illam, et aestimantes illam¹¹¹ amicum defluerunt et sponsiones¹¹²
85 posuerunt¹¹³ ad illam, quoniam digni sunt, qui sunt ex parte illius. Dixerunt enim¹¹⁴ apud se cogitantes¹¹⁵ non recte: Exiguum et cum¹¹⁶ tedio est tempus vitae nostrae, et non est refrigerium in fine hominis, et non est, qui agnitus sit reversus ab inferis, quia¹¹⁷ ex nihilo nati¹¹⁸ sumus, et post haec erimus tamquam, si non fuerimus, quoniam fumus afflatus¹¹⁹ est in¹²⁰ manibus nostris, et sermo scintillae ad commovendum cor nostrum, quia¹²¹
90 extincta cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tamquam mollis aer. Et transibit vita nostra tamquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur, quae fugata est a radiis solis et a calore illius aggravata, et nomen¹²² nostrum oblivionem accipiet per¹²³ tempus et nemo¹²⁴

Quellen:

85-94: *Dixerunt - revertetur*, Sap. II. 1-5.

¹⁰⁰ iniquitatem I83

¹⁰¹ iniquitatum illius *korr. aus* iniquitatum N442

¹⁰² *am Rande* sonitus VD38

¹⁰³ parcite *korr. aus* pacite VD38

¹⁰⁴ *am Rande* desiderare VD38

¹⁰⁵ autem I83

¹⁰⁶ *am Rande* sanari possunt et per fidem et penitentiam VD38

¹⁰⁷ voluit *korr. aus* volunt V630

¹⁰⁸ in *fehlt* I83

¹⁰⁹ iniustitia *korr. aus* iniustiti N442

¹¹⁰ accesserunt *interlinear* vel alcersierunt (!) V630

¹¹¹ eam V630

¹¹² sponsiones *korr. aus* sponsionis I83

¹¹³ posuerunt *fehlt* I83; VD38

¹¹⁴ eum O93; VD38

¹¹⁵ cogitantes non recte *korr. aus* non recte cogitantes I83

¹¹⁶ cum tedio] cuntedio *korr. aus* contedio V630

¹¹⁷ quia *korr. aus* qui N442

¹¹⁸ facti V630

¹¹⁹ ablatus I83

¹²⁰ in manibus] naribus VD38

¹²¹ Qua *korr. aus* Quia V630; quia *korr. aus* qui N442

¹²² nomen *korr. aus* nom N442

¹²³ per *fehlt* I83

¹²⁴ ne V630

memoriam¹²⁵ habebit operum nostrorum, umbrae enim transitus est tempus nostrum et non est reversio finis nostri, quoniam consignata est, et nemo revertetur.

95 Propterea unicuique praevidendum¹²⁶ est, ut summopere se custodiat et utiliter se praevideat, ut¹²⁷, cum¹²⁸ dies extrema finisque vitae advenerit, non transeat ad perpetuam mortem, sed ad vitam aeternam.

[H. 5] Facta¹²⁹ enim subditorum iudicantur a nobis, nostra vero iudicat¹³⁰ deus. Ex merito vero plebis nonnumquam episcopi depravantur, quatenus proclivius¹³¹ cadant, qui sequuntur.

100 Capite languescente¹³² cetera corporis membra¹³³ inficiuntur¹³⁴. Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum praediaque diripiunt. Caveat unusquisque, ne aut linguam aut aures habeat¹³⁵ prurientes¹³⁶, id est, ne aut ipse aliis detrahat aut alios audiat detrahentes. Sedens¹³⁷, inquit, adversus fratrem tuum loquebaris detrahendo, et adversus filium matris tuae ponebas scandalum, et cetera. Parcant¹³⁸ singuli a¹³⁹
105 ¹⁴⁰ detractioe linguae custodiantque sermones suos et sciant, quia cuncta, quae de aliis loquuntur¹⁴¹, sua sententia iudicabuntur. Nemo invito auditori libenter refert¹⁴². [H. 6] Officii¹⁴³ singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos servare, sed et linguam, nec

Quellen:

98-101: *Ex - diripiunt*, Isid. sent. III. 38. no. 3-5. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 30. Cf. Anacl. 36, 37.

101-108: *Caveat - noverit* (c. VI.) sec. Hieron, ep. ad Nepotian. no. 14. 15. (1, 268) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 94. Cf. Anacl. 40.

Rezeption.

98-106: *Facta – refert*: Coll. Ans. ded. II,136.

98-101: *Facta – diripiunt*: Anselm v. Lucca I,53 (98: *iudicat deus*] *iudicantur a domino* [s. Note 130]; 98-100: *Ex – inficiuntur* fehlt); Polycarpus: I.18,8 (98: *iudicat deus*] *iudicantur a domino* [s. Note 130]; 98-100: *Ex – inficiuntur* fehlt); Gratian C. IX, q. 3, c. 15 (98: *iudicat deus*] *iudicantur a domino* [s. Note 130]; 98-100: *Ex – inficiuntur* fehlt).

98-110: *Ex – insidiis*: Gratian C. VI, q. 1, c. 13 (99: *vero* fehlt)

107-111: *Officii – dicere*: Coll. Ans. ded. X,131.

¹²⁵ memoriam *korr. aus* moriam N442

¹²⁶ providendum N442

¹²⁷ et VD38

¹²⁸ dum O93

¹²⁹ *am Rande* Facta subditorum iudicantur a sacerdotibus (!) sacerdotum vero iudicat deus V630; Quod merito plebis depravantur episcopi VD38

¹³⁰ iudicat deus] iudicantur a deo I83

¹³¹ *am Rande* gravius VD38

¹³² *am Rande* infirmante VD38

¹³³ membra I83

¹³⁴ *am Rande* corrumpuntur VD38

¹³⁵ habeat *korr. aus* beat V630

¹³⁶ prurientes VD38

¹³⁷ Sedens *korr. aus* Sedes V630

¹³⁸ *am Rande* Cessent VD38

¹³⁹ a *fehlt* O93

¹⁴⁰ a detractioe] detrahendo V630; detractioe I83

¹⁴¹ loquuntur *korr. aus* loquuntur N442

¹⁴² *am Rande* dicit loqui narrat VD38

¹⁴³ Officii *korr. aus* Offici N442

- quid¹⁴⁴ in cuiusdam¹⁴⁵ domo agitur, alia domus per eos¹⁴⁶ umquam noverit. Habeant omnes simplicitatem columbae, ne cuiquam machinentur¹⁴⁷ dolos, et serpentis¹⁴⁸ astutiam, ne
- 110 aliorum¹⁴⁹ supplantentur¹⁵⁰ insidiis. Non est humilitatis¹⁵¹ meae neque mensurae iudicare de ceteris et de ministris ecclesiarum sinistrum¹⁵² quippiam dicere¹⁵³. [H. 7] Absit, ut quicumque sinistrum de his loquar, qui apostolico gradu¹⁵⁴ succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam christiani sumus, qui claves regni caelorum habentes ante iudicii diem iudicant.
- 115 Veteri¹⁵⁵ quidem legi¹⁵⁶ habetur, quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo aut gladio cervice subiecta contemptum¹⁵⁷ expiabat cruore¹⁵⁸. Nunc vero inoboediens¹⁵⁹ spiritali animadversione¹⁶⁰ truncatur aut¹⁶¹ eiectus de ecclesia¹⁶² rapido¹⁶³ daemonum ore decerpitur¹⁶⁴.
- [H. 8] Oportet enim, ut, qui deum¹⁶⁵ hereditate possident, absque ullo impedimento saeculi
- 120 deo serviant, ut dicere possint: Dominus pars hereditatis meae, o quam bonus et suavis est spiritus tuus, domine, in omnibus. Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, domine, qui

Quellen:

- 108-110: *Habeant - insidiis*, Hieron. ep. 58. ad Paulin, no. 6. (1, 324) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 95.
 110f.: *Non - dicere*, Hieron. ep. 125. ad Rustic. no.8. (1, 937) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 96.
 111-118: *Absit - decerpitur*, Hieron.ep. 14. ad Heliod. no. 8. (1, 34) aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 97. Cf. Telesf. 3, Pont. 2, Fel. II. pp. 11, Dam. 20.
 119f.: *Oportet - meae*, Isid. de offic. II. 1. no. 2. aut conc. Aquisgr. a. 816.. lib. I. c. 99.
 120f.: *o quam - omnibus*, Sap. XII. 1.
 121f.: *Parcis - amas*, Sap.XI.27.

Rezeption.

- 111-118: *Absit – decerpitur*. Coll. Ans. ded. II,67; C. XI, q. 3, c. 14.
 119-126: *Oportet – benedicentur*. Coll. Ans. ded. X,132.

- ¹⁴⁴ quod VD38
¹⁴⁵ cuiusquam korr. aus cuiusdam V630
¹⁴⁶ vos V630
¹⁴⁷ am Rande praeparent VD38
¹⁴⁸ serpentes I83
¹⁴⁹ alia O93
¹⁵⁰ am Rande decipiantur VD38
¹⁵¹ humilitatis korr. aus humilitas V630
¹⁵² am Rande Contrarium VD38
¹⁵³ dicere korr. aus docere O93
¹⁵⁴ gradui korr. aus graduis VD38
¹⁵⁵ Veteri] In veteri VD38
¹⁵⁶ lege korr. aus legi V630; lege I83; VD38
¹⁵⁷ am Rande Peccatum inoboedientiae VD38
¹⁵⁸ cruorem N442; I83
¹⁵⁹ inoboediens korr. aus inoboedi V630
¹⁶⁰ am Rande vindicta VD38
¹⁶¹ et V630
¹⁶² ecclesie O93
¹⁶³ rabido V630
¹⁶⁴ am Rande vexatur VD38
¹⁶⁵ dm I83

animas amas¹⁶⁶. Ideoque hos, qui exerrant partibus, corripis et, de quibus peccant, admones et alloqueris, ut relictam maliciam¹⁶⁷ credant in te, domine. Tu autem deus noster suavis et verus es, patiens et¹⁶⁸ misericordia disponens omnia. Etenim, si peccaverimus, tui sumus
 125 scientes magnitudinem tuam, et si non peccaverimus, scimus, quoniam apud te sumus computati. Spiritus timentium deum quaeretur ab eo, et in respectu illius benedicentur. Quapropter, fratres carissimi, sermo malus ex ore vestro non procedat¹⁶⁹, sed, si quis bonus est ad aedificationem¹⁷⁰ opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare¹⁷¹ spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem¹⁷² redemptionis. Omnis amaritudo et ira
 130 et indignatio et clamor¹⁷³ et blasphemia tollatur a vobis cum omni malicia. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et deus in Christo donavit vobis¹⁷⁴. Estote ergo imitatores dei sicut filii carissimi et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam¹⁷⁵ deo in¹⁷⁶ odorem suavitatis.

135 Fornicatio autem et omnis immundicia aut avaritia nec nominetur in vobis¹⁷⁷, sicut decet sanctos, aut turpitudine aut stultiloquium aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intellegentes, quod¹⁷⁸ omnis fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno¹⁷⁹ Christi et dei. Nemo vos seducat inanibus¹⁸⁰ verbis, propter haec enim venit ira dei in filios
 140 diffidentiae¹⁸¹. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate probantes, quid¹⁸² sit beneplacitum deo. Et nolite communicare

Quellen:

122f.: *Ideoque - domine*, Sap. XV. 1. XII. 1. 2.

126: *Spiritus - benedicentur*. Ecclesiastic. XXXIV. 14.

127-131: sermo - vobis, Ephes. IV. 29-32.

132-152: *Estote - timore Christi*, Ephes. V. 1-21.

¹⁶⁶ animas I83

¹⁶⁷ malicia fehlt I83

¹⁶⁸ et] et in V630; VD38

¹⁶⁹ procedat korr. aus procedit V630

¹⁷⁰ aedificationem I83

¹⁷¹ contristari V630

¹⁷² die I83; VD38

¹⁷³ am Rande lamorem cum peccatum agitur sine verecundia VD38

¹⁷⁴ nobis I83

¹⁷⁵ hostia I83

¹⁷⁶ in korr. aus in i I83

¹⁷⁷ vobis korr. aus bis VD38

¹⁷⁸ quoniam I83

¹⁷⁹ regno Christi et dei] christi regno et dei korr. aus christo regni et deo V630

¹⁸⁰ am Rande inutilibus VD38

¹⁸¹ am Rande Incredulitatis VD38

¹⁸² quod I83

operibus infructuosus¹⁸³ tenebrarum, magis autem redarguite. Quae enim in occulto fiunt ab
 ipsis, turpe est et¹⁸⁴ ¹⁸⁵ dicere. Omnia autem, quae¹⁸⁶ arguuntur¹⁸⁷ a lumine, manifestantur,
 145 omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge, qui dormis, et
 exsurge a mortuis, et illuminabit¹⁸⁸ tibi Christus.

Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes
 redimentes¹⁸⁹ tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed
 intellegentes, quae sit voluntas domini¹⁹⁰, et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed
 150 implemini spiritu loquentes vobismetipsis¹⁹¹ in psalmis et¹⁹² hymnis et¹⁹³ canticis spiritualibus
 cantantes et psallentes in cordibus vestris domino gratias agentes semper pro omnibus in
 nomine domini nostri Iesu Christi deo et patri subiecti invicem in timore Christi.

State¹⁹⁴ itaque, fratres, et tenete traditiones apostolorum et apostolicae sedis, ut dominus
 noster Iesus Christus et pater noster, qui dilexit¹⁹⁵ nos et dedit consolationem¹⁹⁶ aeternam
 155 et spem bonam in gratia¹⁹⁷, exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone
 bono. De cetero, fratres, orate pro nobis, ut sermo domini currat et clarificetur sicut et¹⁹⁸
 apud vos¹⁹⁹, et²⁰⁰ ut liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est
 fides. Fidelis autem deus est, qui confirmabit vos et custodiet a malo. Quapropter
 ponite²⁰¹ indesinenter corda vestra in virtute dei, et resistite semper malis et enarrate
 160 haec iuxta vocem prophetae in progenies alteras, quoniam hic est deus, deus in
 aeternum, et ipse reget nos in saecula.

Quellen:

- 153-156: *State - bono*, II Thess. II. 14-16.
 156-158: *De - malo*, II Thess. II, 1-3.
 158-161: *Quapropter - saecula*, Ps. XLVII. 14. 15.

¹⁸³ infructuosus *korr. aus* infuctuosus VD38

¹⁸⁴ etiam N442

¹⁸⁵ etiam dicere] edicere V630

¹⁸⁶ que *korr. aus* que te V630

¹⁸⁷ aguntur I83

¹⁸⁸ illuminabat N442

¹⁸⁹ *am Rande* Tempus redimimus quando tempus vite nostre in bonis operibus peragimus VD38

¹⁹⁰ dei V630

¹⁹¹ vobismetipsis *korr. aus* vosmetipsis O93

¹⁹² et *fehlt* V630

¹⁹³ in VD38

¹⁹⁴ State *korr. aus* Sate VD38

¹⁹⁵ dilexit *korr. aus* lexit VD38

¹⁹⁶ dilectionem I83

¹⁹⁷ gratiam V630

¹⁹⁸ et *fehlt* I83

¹⁹⁹ nos *interlinear* vel vos V630

²⁰⁰ et *fehlt* V630; I83

²⁰¹ ponitur VD38

Unde vos, qui in speculo a domino estis constituti, comprimere et repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias praeparant aut in eos seditiones et scandala excitant. Facile est enim verbo²⁰² hominem²⁰³ fallere²⁰⁴, sed non deum. Ideo hos repraehendere²⁰⁵ et ab his
 165 vos oportet avertere²⁰⁶, quatenus extincto²⁰⁷ funditus²⁰⁸ huiusmodi caligine²⁰⁹ lucifer eis resplendeat et laetitia oriatur in eorum cordibus.

Confidimus autem, fratres, de vobis in domino, quoniam, quae²¹⁰ praecipimus²¹¹, et facitis et facietis. Quanto enim beneficia²¹² vestra his amplius exhibetis²¹³, tanto maiorem vicissitudinem ab omnipotente deo, cui serviunt, exspectatis. Omnipotens deus sua vos
 170 protectione custodiat honoremque perceptum servare concedat, et gloria honorque deo patri omnipotenti eiusque unigenito filio salvatori nostro cum spiritu sancto sit in saecula saeculorum. Amen. Dat.²¹⁴ XIII Kal. Aprilis Maximino²¹⁵ et Africano vv. cc. cons.

Quellen:

- 162: *Unde - constituti*, Coelest. I. ep. ad episc. per Vienn. pr. (H. no. 34). Cf. Clem. 56, Alex. 15, Zeph. 9, Fab. 11, Fel. II. pp. 10.
 163f.: *facile - deum*, Xysti Pyth. s. 176. Cf. Alex. 18, Zeph. 9, Corn. 6, Melc. 5.
 164-166: *Ideo - cordibus* sec. Conc. Later. 649. secr. II. (Mansi 10,902). Cf. Zeph. 9, Fel. II. pp. 10, ep. Fel. ad Greg.
 167f.: *Confidimus - facietis*, II Thess. III. 4.
 168f.: *Quanto - exspectatis*, Greg. M. ep. XL 59. (2, 1146).
 169f.: *Omnipotens - concedat*, Greg. M. ep. V. 53. (2, 783). Cf. Eutic. 4, Greg. M. ep. ad Fel.
 172: Not. cons. des. e vit. Ant. c. 1. in libr. pontif.

²⁰² verbo *korr. aus* ver O93

²⁰³ homine I83

²⁰⁴ inflare VD38

²⁰⁵ reprendere N442; repellere VD38

²⁰⁶ *am Rande* amovere separare VD38

²⁰⁷ extincta I83; VD38

²⁰⁸ funditus *korr. aus* fuditus O93

²⁰⁹ calige O93; caligine] caligine in I83

²¹⁰ quem V630

²¹¹ praecipimus V630; N442

²¹² *am Rande* munera VD38

²¹³ *am Rande* Tribuitis VD38

²¹⁴ Dat. XIII Kal. Aprilis Maximino et Africano vv. cc. conss. *fehlt* V630

²¹⁵ maximo I83